

93. CONTORTORUM ordo naturalis XXIX.
Philos. Botanica p. 31.

Alii hic Americae tractus plurimas hujus ordinis plantas, determinatae difficillimas; quales sunt plantæ pentandriæ, quæ secundam constituant subdivisionem. Ultra duodecim legi species, in hac Americae parte, sed nullam. quæ fructificationem, alteri exacte similem. Has quidem ad praefixa retuli Genera, licet in praesenti, de his quid dicere nequeam, quum diuidia solum pars a me hactenus descripta sit. At vero, haud abs te esse existimarem hec loci, de natura genitalium paulo præfari, cum hic in Pentandris digynis tam mire sint coaliata, ut participare videantur cum Monodelphis non minus, quam Gynandris,

Nectarium interius communiter cylindricum vel pentagonum, versus apicem externe ^Antheras gerens, apice ipso plerumque obtuso, glabro gaudet.

Tubus hujus Nectarii non est nisi conjuncta filamenta, licet non diffitear basin horum a Nectario exteriore ortam esse, ut clariss in Aselepiade Spec. Pl. 205.9., gaudente nectario exteriore quoque per Columellam elevato, patet.

Apicem vero hujus interioris Nectarii stigma pistilli esse, multiplice argumento ad credendum inducor, nam germinum geminorum stylis distincti sursum semper substantiae apicis Nectarii, inseruntur & præterea in plurimis hujus ordinis, rimas illas, ne oculo quidem armato vidi. Hinc necessario sequeretur fœcundationem ex antheris fieri pollinis inspersione supra apicem Nectarii, qui stigma est.

In certa tamen Specie, Nectarii hujus apex sursum erigitur & bicornis evadit, in signum pistilli duplicitis. Hocce posito, facilis fit combinatio & magis consona convenientia inter Monogynas & Digynas hujus ordinis plantas, nempe quod pistilli basis duplex sursum conjugitur in unitem, vel inferius per stylos ut in Monogynis, vel superius per stigma ut in Digynis. Ceterum, combinatio Stigmatis cum staminibus, clare, ut opinor, patet ex Ceropegia, cuius Stigma, simile quid habet cum Stigmate Digynarum, licet Stylus Monogynus.

Hæc ex solis plantis Americanis posse concludi, mihi metuivisum est. An eandem servent concordiam Species europeæ, inquirendum lipquo autoptis.

CERO-